

bimus ipsas liberas ab huiusmodi obligationibus efficere, quas eciam sic per nos liberatas prefati . . comites una cum aliis iuribus et pertinenciis predictis exnunc non obligatis tenebunt a nobis in pignore pro pecuniarum summis predictis similiter et ut predictur possidebunt. Quorum eciam castri et oppidorum huiusmodi iuriumque ipsorum et pertinenciarum omnium si redditus et proventus annui redditibus castri et oppidi Chaiserslaevter predictorum annuis cum eisdem castro et oppido Chaisersl(aevter) ipsis . . comitibus predictis per nos alias, ut predictur, obligatis fuerint minores, nos ipsos redditus et proventus annuos castri Germaersheim et ibidem ac Anwilre oppidorum iuriumque ipsorum et pertinenciarum omnium de steura nobis et imperio de oppido Landaw annuatim usque ad annuorum reddituum predictorum ipsorum castri et oppidi Chaiserslaevter augebimus eisdem . . comitibus integram quantitatem. Volumus insuper, si ipsi . . comites sepedicti ultra totales huiusmodi redditus et proventus circa ipsa castrum et oppidum Germaersheim expensas aliquas fecerint, eisdem . . comitibus de expensis huiusmodi de dicta steura oppidi Landaw satisfieri. Quam quidem steuram pro satisfaccione huiusmodi expensarum, quas tamen provide, rite et racionabiliter fecerint, . . comitibus eisdem obligatam constituimus nichilominus per presentes. Quas in huius rei testimonium conscribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Datum in Werdea, XI. Kalen. Novembr., anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo tercio, regni vero nostri anno nono.

Mit wenig verletztem Siegel am Pergamentstreifen.

XI. Schuldverschreibung des königlichen Hofmeisters an die Stadt Rothenburg. 1333 Nov. 22.¹

Or. Reichsarchiv, Rothenburg Reichsstadt VI, Fasc. 1.

Ich Johans von Gremaÿn, mines herren dez wirdigen und hohgelobten hern Ludewigez dez Romischen keyzers hofmeister, vergihe offenlichen an disem brief, daz ich

1) Die Urkunde ist deshalb von Werth, weil in ihr der Aufenthalt des Kaisers in Rothenburg, wo gerade damals die wichtigen Verhandlungen mit Heinrich von Niederbaiern stattfanden, genau umgrenzt wird: er dauerte von Nov. 15—21 Abends. Die Urkunde des sog. Verzichts auf das Reich ist von Nov. 19. Ueber Johann von Cremona siehe Riezler, Gesch. Baierns II, 533.